

Do Wzrostu Książki Hodowisliwej.  
D. 5. Styrnia 1822. roku drzyty.

# Actus

2

Visitationis Ecclesie parochialis Hoduiscensis in oppido  
Hoduisk: anno 1822. die 5. Januarii expeditae.

Illustrissimum Vilnense Cathedralis Capitulum, habito manda-  
to sub die 25. mensis Octobris 1821. a. N. 787. Excel-  
lentissimi Adui Domini Stanislai Bobur Sie-  
strencowicz, Metropolitanus Ecclesiarum Romano-  
Catholicarum in Imperio Rossiae, Archiepiscopi  
Mohnilowiensis, Administratoris Episcopatus Vilnen-  
sis, Equitis plurium ordinum, Sessione sua die nona  
Novembris ejusdem anni, me infra scriptum ad visita-  
tionem Ecclesie parochialis Hoduiscensis canonicè  
faciendam deputavit. Cui muneri exequendo, ut par e-  
rat intentus, feriis natalitiis Domini, cum miti pri-  
mum per tempus licuit, Vilna in oppidum Hoduisk:  
et praedium Curiale me contuli: ubi presentem actum Vi-  
sitationis modo et ordine, quo sequitur, expediti.

## I. Visitatio Ecclesiae.

Ecclesie fun-  
datis, titulus,  
patronus, situs,  
parochianorumque  
numerus.

Ecclesia curata Hoduiscensis, titulus <sup>sancti</sup> Corpu-  
ris Christi, in oppido Hoduisk:, in districtu et den-  
canatu Transviliensi sita, a patre memorato Sta-  
nislao Wisnka Episcopo Samogitiensi Canonico  
Vilnensi anno 1608. fundata et dotata, ad jus  
patronatus Vener. Capituli Cathedr. Vilnensis per-  
tinet. Finitimas habet parochiales Ecclesias Roma-  
nensem, Syntupensem, Swiecianensem, Melegia-  
nensem, Twerecensem, et Ladziewiejsensem. Epus  
longitudo ad tria cum dimidiis, latitudo ad tria milli-  
aria seu leucas <sup>plurimas</sup> extenditur. Numerus domitorum  
prope sexcenarius est, in quibus animae adultorum supra  
tria millia quingenta, parvulorum circa mille cen-  
sentur.



Statu  
Aedis sa-  
crae, ejusque  
suppellectilij.

Ecclesiae antiquae ~~prostrata~~ collapsa loco  
stat nunc tugurium rei divinae destinatum pro-  
pa dictum. Structura haec temporaria stramine  
tecta, capienda parochianorum multitudinis parum  
idonea, habet sacrarium, aliquot aras, imagines, sedes  
confessionales, <sup>fontem baptismalem,</sup> ~~fontem baptismalem,~~ sacra vasa, ~~et~~ ali-  
amque suppellectilem Ecclesiae necessariam, sed adeo nu-  
mero et pretio exigua, ut praeter ara campana, et va-  
sa metallica, cuprea ~~et~~ <sup>namque</sup> stannea, ac argentea, quae po-  
strema vix decem libras ponderis excedunt, reliqua o-  
mnia sacro ministerio inepta sint, et ut crassa, usu  
detrita, ac proorsus vilia, ornamenti loco ~~esse~~ et ha-  
beri nequeant. Horum omnium singillatim genus, nu-  
merus et pondus in Inventario adnotata sunt.

Cimiterium.

Tumulandi cadaveribus non procul ab Ecclesia deri-  
gnatus est locus, non septus neque vallatus, sed cruce  
duntaxat insignitus. Pauci hic sepulturam eligunt;  
nam per pagos in agris sibiisque curare funera et  
sepeliri solent, non adhibito sacerdote neque rite exe-  
quiali.

Festa Ecclesiae.

Ex antiqua institutione festivitatis in hac Ec-  
clesia celebrantur: Corporis Christi, Trinitatis, et  
assumptionis B.V. Titulo in Trinitatis sodalitas  
existit auctoritate ~~apostolica~~ Sedi apostolicae intro-  
ducta.

Sacrificia  
missarum.

Ex lege fundationis et privilegatione quatuor  
supra centum f. 104. obligationes Missarum <sup>quolibet</sup> Jan-  
uarii curiale adimplenda sunt, praeter missas domi-  
nicis ~~et~~ festisque diebus pro parochianis offerendas.

Rector  
Ecclesiae.

Post mortem ~~fratris~~ Curati hujus Ecclesiae Canonici Vitruensis  
Francisci Riedpitz, qui contigit die 19. Aprilis 1817. anno,  
administrait eandem spatio ~~annorum~~ annis annis Joh. Ketter. sed  
moratum Deceptorem operatis, cum nullos pro sua et  
Ecclesiae sustentatione haberet proventus, nihilque ~~propterea~~ <sup>propterea</sup>  
valens, inanem curam dicitur gerere pollet; Venerabile capi-  
tulum Perill. Rudum Dnum Joannem <sup>H. Canyonem et Theopogid. Doctorum</sup> Cyurintler, Praetorem  
Castorem Cathedralium in Parochum elegerit. Hic mediante ma-  
gistratu civili, exactis illegitimis possessoris, a die 23. Aprilis  
1818. anni, Administratoris titulo, utpote nondum in Parochum  
institutus, praestit Ecclesiae.

Vicarius. Vicarius administratori assiduus manens ad Ecclesiam est p. d. Demetrius Chetourli; altar pro solemnioribus festis, pro quadragesima et paschali tempore <sup>munera</sup> ~~conducitur~~ <sup>parochialia</sup>, nisi Scholas puerorum, que hic ~~desunt~~ <sup>desunt</sup>, excipias, solite adimplentur.

Laici in ministerio Ecclesie. In servicio Ecclesie unus est aditus, alter Organarius. Utrique domus est in oppido pro habitamine, et hortus cum certa pensione pecuniaria pro ceteris vite subsidiis.

Hospitale. Est in eodem oppido <sup>domus hospitalis</sup> seu domiciliu pauperum, qui numero duodecim sunt, et ex elemosinis parochianorum vitam sustentant, ad custodiam Ecclesie atque alia munera ejusdem obsequia pro more adhibentur.

Residentia Vicariorum. ~~Idem~~ <sup>Idem</sup> ad Ecclesiam domus est parva, duobus <sup>tantum</sup> Vicariis collocandis <sup>sufficiens</sup>. Circa eandem nonnulla edificia rei economice necessaria a moderno Administratore restaurata sunt, nonnulla restauranda. Unum ex lignis dirute veteris Ecclesie constructum, repositoryum est rerum ad fabricam spectantium.

Libri Ecclesiastici ceterique. Indices, quos metriculas Ecclesie nuncupamus, in quibus baptizatorum, ~~metrimoniis~~ <sup>metrimoniis</sup> copulatorum et mortuorum nomina consignata ab anno 1688. ad 1822. sedecim numero sunt. Libri missales ac rituales ~~deformati~~ <sup>deformati</sup> et laceri, male jam <sup>necessitati</sup> inserviunt. Alii libri, qui ad bibliothecam domesticam referuntur, numero circa triginta, male <sup>custoditi</sup>, <sup>autem</sup> dicripti et nunc prope inutilis sunt.

Capella. In vicinia predii existat Capella seu oratorium, a modernis Administratoribus reparatum, nulla propria suppellectili, preter unam <sup>unam</sup> aram, instructum.

## II. Visitatio Prædii.

Dona immobilia Ecclesie et subditorum numerus. Prædium Janli'sli una leuca ab Ecclesia remotum simul cum prædio Salubri'sli seu Konceptov dicti, numerat ~~casas~~ <sup>domos</sup> subditorum 27. et 7. non subditum, unamque tabernam curyonarium. Domus absque incolis due ~~vel tres~~ <sup>vel tres</sup> inveniuntur. In oppido Stoduei'sli sunt Parochus, Organarij et Pauperum, due casas cum habitatoribus, due que areas post deflagrationem ab anno 1812. sine edificiis et habitatoribus. Iuxta dimensionem anno 1806. factam, in Inventario mensuris descriptam, possidet Ecclesia tam sub prædiis, quam sub colomis, modos terre quinquaginta novem <sup>1/2</sup> quorum unus ~~est~~ <sup>est</sup> ~~triginta~~ <sup>triginta</sup> jugeris: | jugera duo et aliquot chordas.





V. Animadversiones circa novas necessitates Ecclesie ejusque bonorum, quid superest agendum vel reformandum.

Suppellex  
nova.

Præter ea quæ ad complementum fabricium operum adhuc desiderantur, ad ipsum novæ Ecclesie interiorum ornatum, decorem atque usum, sacra vasa argentea augenda sunt, componenda nova organa musica, altaria, cruce, imagines, libri missales <sup>rituales</sup>, ~~et~~ omnisque generis sacer apparatus; quia vetus, qui nunc est, novæ Ecclesie usui esse non poterit. Organum vero aut quum, ceque ac si quid ex suppellectili utile supererit, in sacellum, quod in medio est, vel quod in cœmeterio futurum est, transferatur.

Cœmeterium  
novum.

Ecclesiam absque cœmeterio parochiali esse non expedit; per licentiam enim humandi corpora per campos sit varque, ritus sacri vel oblivioni dantur, vel ~~peribunt~~ <sup>sensim</sup> in superstitionem degenerant. Quamobrem auctor sum, ut in ~~hunc~~ <sup>hunc</sup> finem hunc usum Venerabile Capitulum congruam portionem agri muro aut valla cingendam, insigni cruce et sacello, quod futurum spero, ornandam, in certa ab oppido distantia designet cedatque jure perpetuo.

Schola  
erigenda.

Elementa fidei in Ecclesia tradi solita, in schola singulatim explicantur, et parvulorum animis una cum primis litterarum seminibus altius imprimuntur et implantantur. Sub hac ratione Scholam tanquam naturalem aut certe integram partem pastoralis officii considerandam puto, quemadmodum sacre Synodi semper eam consideraverunt commendaveruntque. Idcirco Rev. Audimus Rector Parochie cum primum poterit, Scholam pro juventute christiana novè instituenda, in Ecclesie sue fabricum et <sup>magis</sup> ornamentum superaddere et edificare curabit. Ecclesiam Hoduicensem sua fundatione, patris, atque splendore, quem nova habitura est, conspicuam, ceteris curatij Ecclesie exemplo esse deest.

Edificiorum  
reparatio civica  
Ecclesiam reparatio.

Necessæ est, aedificia collabentia vel que jam rei economicæ facta sunt inutilia, instaurentur, nova furia seu domus pro habitatione Curati commoda extruantur; quam ex muro erigendam, loci convenientia et ipsa soliditatis ratio suadet.

Duo Vicarij  
habendi.

Ut in posterum duo Vicarij continuo ad Ecclesiam resi-  
deant, ad predicationem verbi Dei ceteraque munia rite  
obscunda paratissimi, ipsa parocis amplitudo et populi  
numerositas exigat. Nunc sumptibus pro fabrica necessariis  
parcendo, unum in perpetuo obsequio, altero certis temperi-  
bus in adpitorium veniente, manere sufficiat.

Domus in pre-  
dio reparanda.

Domus lignea in medio Janbivichi olim sumptuose  
constructa, a multis annis deserta et in ruinam vergens  
reparanda est, praesertim cum ea, in qua nunc habi-  
tatur, pro vetustate diu stare non poterit.

Servitium  
Sranwarli  
tollendum,  
vel aliter ordi-  
nandum.

Subditis impositum est servitium <sup>grave</sup> triginti dierum Sranwarli  
vocitatum. Cujus Inventarium anni 1771. quo tradita be-  
neficii Hoducensis possessio p. m. Canonico Joanni Jose-  
pho Wawrzechi, nullum exhibet vestigium; Inventarium  
autem anno 1818. die 13. Maii a Decano Transviliensi con-  
fectum, de hoc servitio palam ~~mentio~~ loquitur. Ergo con-  
suetudo ~~hujus~~ posteriori tempore contra fas inducta, tollenda  
~~est~~, et subditi insolito hoc onere levandi sunt, aut si tale  
servitii genus necessarium fit, cum alio commutandum,  
et ipse dierum numerus minuendus est.

ablata mobilia  
recuperanda.

Idem anni 1771. Inventarium, ~~quo mentio facta est,~~  
~~describit~~ multa mobilia, quae circa fundum in certo numero  
animalium domesticorum, vasorum diversorumque utensi-  
lium perpetuo reperiri debent. ~~Quapropter~~ Ex his  
tunc nulla post antecessorem Parochum inventa sunt.  
Quapropter ~~quod~~ ejus successores jure repetenda, si-  
mil cum iis rebus, quae ex ipsa Ecclesia ablatas vel  
deperditas sunt.

VI. Unde sumptus <sup>adhuc</sup> necessarii ~~colligendi~~, vel quis ita modis  
subveniendi necessitatibus indicatis.

Necessaria  
Summa  
rub. 7,200.

In fabricam Ecclesiae et rem economicam, ad diem 5. Januarij  
currentis anni, ut supra notatum est, impensa erat sum-  
ma rubellorum 7,129. Cujus complementum cum omni ~~ornatus~~  
et apparatu, exceptis ordinariis quotidianis necessitatibus fundis,  
sumet prope alterum tantum, quem <sup>admodum</sup> examen rei  
singillatim in loco factum indicat. ~~quod~~ <sup>videlicet</sup> turris campanaria,  
cum vallo constabit circiter rubellos - - - - - 1,200.  
Tectum omneque reliquum opus fabrile 3000.  
Nova organa unifica - - - - - 600.  
Ornatus altarium, scilicet imagines, ss. ve-  
stes, aliaque paramenta et vasa Ecclesiae 2,400.  
Totum 7,200.

Secunia  
in fabrica  
ex redditibus  
ecclesie  
repetenda.

Secunia hæc ex fonte proprio haurienda est: quem  
primum fontem, esse omnes redditus ecclesie, declarat  
Synodus Tridentina Sess. XXI. cap. 7. de Reform. per  
verba: «Episcopi etiam tanquam Sedi apostolicæ  
«delegati ..... Parochiales ecclesias, etiam si juris  
«patronatus sint, ita collapsas, refici et instaurari  
«procurent, ex fructibus et proventibus quibuscumque ad  
«eandem ecclesias quomodocumque pertinentibus»

Administratio  
ecclesie ad  
certum tempus  
proroganda,  
vel canonice  
instituti parochi  
facienda.

Sorro cum modernæ administrationis <sup>laudabili</sup> cura magnisque  
impensis, et rei economice status emicere ceperit, unde  
~~infatum~~ uberes fructus ~~non~~ sperantur, et fabrica  
ecclesie ad fastidium perducta nequeat abrumpi vel differ-  
ri, vel alteri committi, absque novis, que inde sequerentur  
inconveniens, ruina et damnis; preterea cum æquum sit,  
ut erogata in parochia pecunia sibi compensetur, nullum hæc  
in re video medium, nisi ut idem possessionem beneficii  
Herdiasensis ad tempus fabricæ complende et impense re-  
cuperanda, eodem administrat<sup>oris</sup> titulo securam ratamque  
habeat, in cuiusmodi administrationem, supra exigenda eccle-  
sie committendam, ipse excellentissimus Præfatus metropolitanus  
anno 1817. mense Maio suum consensum præbuit; vel ut sine  
ulteriore dilatione in parochiam canonice institueretur.

Hic est visitationis actus: cuius unum exemplar mea sub-  
scriptione sigilloque munitum penes ecclesiam reliquisi, hoc  
alterum <sup>eiusdem</sup> ~~sub~~ antestus ~~confectum~~, Illustrissimo Capitulo  
exhibendum mei officii esse duxi —  
Vitræ die Vigesima nona Novembris millesimo octingentesimo  
vigesimo secundo anno — Andreas <sup>Benedictus</sup> Vitagiensis Philos. et Th. Dr.  
Professor Publicus Ord. in Cesarea Vitrænsi Universitate, Cano-  
nicus Cathedr. Vitrænsis Delegatus visitator.

D. 29. gbra  
1822.

